



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

23. Batavi immiscent se causa Liechtensteinianæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1664. mentiùs cœperunt. Decretæ Cæsari communes contra Turcum suppetiæ. Actum publica defensione ac securitate; & quâ eadem viâ, dilacerato multis locis Imperio curri, & redintegrari possent Circuli, avulsi partibus scedè passim mutilati. Id Christophorus Bernardus tantò urgebat instantius quantò majoris sua intererat, & recuperanda Borculoam, & continuatâ Dylemiani possessione adversus exterorum vires tueri Cæsaris & Imperij dignitatem. Vices Eni in frequentando Principum Senatu obibat Baro Beverenus & Bispingius Orator; sed cum iis Basserodius Juris-consultus, qui pridem antè Ratisbonam missus, Legatione Monasteriensi fungebatur. Ab Augusto postea inter Consiliarios accitus & Holmiam ad Regem Suecia Ablegatus fuit, ubi & re præclarè gestâ diem tandem extremum clausit.

23. Inter hæc Batavi litteris ad Monasterium & Liechtensteinium Principes sub Januarii expeditis, designatos significant ex Generali Ordinum Collegio, qui componendis inter Liechtensteinium & Orientalis Frisia Principem controversiis, reponendaque veteri amicitia Lierorthum, ad diem Februarii vigesimam, se conferant. Visum operæ pretium id indicare, ut & ipsi ablegent suos, qui statò die & loco cum potestate adsint, juvenaque, ut scopum ad eò salutare assequantur.

Has

Has quod Monasteriensis *Ratisbona*, *Liechtensteinius* verò in *Austria* moraretur, curæ *Georgij Christiani* committunt destinandas. Quæ dum in *Frisiam* priùs, dein per obliqua viarum in *Germaniam* mittuntur, *Cursores* seriùs ad *Principes* ferunt, atque ideò, respondet *Monasteriensis*, non potuisse quempiam è suis ad diem istum ablegari; præterquam quod controversia hæc, in *Tribunalibus Imperij* terminata, aliò nequaquam pertineret.

Sed quò magis etiam distraheret *Batavorum* animos, ipse *Brabeckium* rursùs *Hagam* mittit, qui *Borculoam* repetat; ac præterea *Cæsari* author est, ut executionis *Frisicæ* causam, curamque imponat *Friquetio*; & sicut à *Regibus* ac *Principibus Europæ* totius, ita & ab *Hollandis* statuerat rogare auxilia, haud gravetur *Legationem* in *Belgium* maturare. *Utrique* annuit *Imperator*, & *Friquetium* mōnet, ut rebus *Frisio-Monasteriensibus* intendat, omnemque violentiam in solo *Imperij Batavos* dehortetur; & *Zintzendorffium* *Comitem* ablegat, qui opem imploret *Reip.* contra hostem nominis *Christiani*.

Antè hunc jam *Brabeckius* *Hagam* ingressus erat, & die vigesimâ *Februarij* *Ordinibus* porrexerat libellum, ex quo cum liqueret, quid in re *Borculoanâ* anno præcedente actum fuerit, & quo ea in statu tunc versabatur, nequaquam hic prætereundum. Summa

Qq 5 autem

1664.

28. Feb.

24.

C. Bern.

repetit

Borc-

loam.

Id urgee

Haga

Brabec-

kium.